



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologia|| Ivridica,|| Sev Ivs Civile Theologicvm,||

Fickler, Johann Baptist

Dilingæ, 1575

VD16 F 976

Signu[m] sanctæ crucis in consecratione temploru[m] adesse debere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

DEM IVST. IN NOVELL. CONST. 115.

§. non liceat laicis. Apud Julian. Patr.

Sanctas cruces, quas in litanijis portant, in sanctis locis reponi iubemus, & ex his profertur, si litania tempus vocauerit.

Sanctas cruces in locis sanctis reponendas.

SIGNUM S. CRUCIS IN CONSECRATIONE

Templorum ad esse debere.

IVSTINIAN. IMP. IN AVTH. DE monach. §. illud igitur.

Illud igitur ante alia dicendum est, vt omni tempore, & in omni terra, si quis adificare venerabile monasterium voluerit: non prius licentiam esse hoc agendi, quam Deo amabilem locorum Episcopum aduocet: at ille manus extendat ad caelum, & per orationem locum consecret Deo, figens in eo salutis nostrae signum DICIMVS AVTEM ADORANDAM ET HONORANDAM VERE CRUCEM) sicque inchoet aedificium, bonum vtique quodam hoc & decens fundamentum ponens.

In aedificatione Monasteriorum crucem prius in area figendam &c. Crux adoranda & honoranda.

IDEM IMP. IN AVTH. VT NULL. FABRIC. orato. dom. &c. §. primo. coll. 7.

Sanctimus pra omnibus quidem illud fieri, & nulli licentiam esse neque monasterium, neque Ecclesiam, neque orationis domum incipere aedificare antequam ciuitatis Deo amabilis Episcopus orationem in loco faciat, & crucem figat, publicum processum ibi faciens, & caelum manifestam omnibus statuens.

Idem quod supra obseruandum etiam in caeterorum templorum aedificatione.

IDEM

Oratio cum
sancta cruce.

IDEM IN AVTH. DE ECOLESIA
tit. & priuil. §. si quis autem, coll. 9.

SI quis voluerit fabricare venerabile oratorium, aut monasterium, precipimus non ter inchoandam fabricam, nisi locorum sanctissimus Episcopus orationem ibi secretim venerabilem fixerit crucem.

IDEM IN NOVELLA CONST. 4. APUD IULIAN. PATRICIUM &c. in princ.

Eodem crucis
obseruatio.

Qui vult ædificare Monasterium, prius Episcopum vocet, & illum exoratum, etiam crucem imponat, & postea imperat ædificium.

IDEM IVST. IN NOVELL. CONST. 119. De his qui eccles. vel orato. ædif. vel in princ. apud eundem Iulian.

Nullus audeat ædificare Ecclesiam vel oratorium antequam ciuitatis Episcopus veniat, & ibi vota faciens sanctissimam crucem infixerit in eodem loco, publice procedentem omnibus manifestam faciens.

IDEM CONST. 119. APUD IULIAN. §. nemo oratorium.

Nemo oratorium ædificare audeat, antequam Episcopus exorauerit, & venerabilem Crucem in eodem loco defixerit.

DE INVENTIONE ET AVTORITATE S. CRUCIS.

IUSTINIAN. IMPP. IN AVTH. DE ORATORIO
deratore Heleneponti. §. namq; ab omnib; coll. 11.